



PPIDO quā in laboratum mihi in hac interpretatione est: non tam quod nihil iuuari ab his auctoribus potui: qui Aristotelem commentati sēde ac barbare pridem sunt, quā quod ne ab illis quoque, qui aetate nostra latinā eloquentiā professi: græca eius Philosophi commēntaria transtulerunt. Horum plerique, dum alienam in scitiam insectantur: suam prodidere. Adeo omnia ab his peruerse deprauateque sunt per scripta: ut si quis interpretationes eorum cum illis veteribus conferat quas reprehendunt: vel in aliqua Aristophanis libra Critolai appensas examinet: utra earum vergant internosci non possit. Per censerē sigillatim quæcūque peccassent, nisi plura eorū essent errata quā in verba. Alioquin nō in cessendi quæ quā lacerā diue studio, sed iuuandi bonas mētes hæc scribimus. Magnā incōparabileque, iacturā nō pridem fecimus Pontifex maxime in Theodoro Gaza, qui vir græcus Latinos omnes in hoc munere scribēdi interpretandique superauit. Is si diutius vixisset: linguā latinā hac quoque parte locupletasset. Quot et fecit in libris illis absolutissimis de animalibus Aristotelis: et Theophrasti de stirpibus. Hic vnus mihi certare cū vetustate ipsa visus est: hunc mihi quē colerē quē imitater proposuis: ab huius scriptis adiūtū me et fateor et prædico: hunc ego non magnopere incuriosus legi: quā M. Tullium Plinium Columellam Varonem Senecam Apulegium: et cæteros: quos in hoc genere cōmentandi diligenter euoluere necessarium est. Ne ille quoque minimus labor nos pridem fuit: quod in his libris vertendis: non modo nō expressimus verbum e verbo: quod interpretes in indifertos solere Cicero meminuit: sed libere et translationibus et figuris et tropis vsi sumus ad morē Romanum sensibus stantibus. Lusimus arbitratu nostro: sed sententiā integrā dedimus auctori. Tantū vero abest, ut aliquid pretermiserimus: dissimulauerimus: ut illud periculū sit: ne quod eruditioni impense studiuimus addidisse aliqua potius quā detraxisse inuisoribus videri possimus. In plēnū nō tam latinū reddere Themistiū quā certare cum eo volui. Hæc enim laus (ut ille ait) lingue latinæ est: ut græcā proprietatem et gratiam in transferendo aut æquæ: aut etiā antecellat. Hoc me non dico assecutū fuisse: sed crimen meum confiteor: laboraui plane hoc ambitu: sed en effecerim quod quærebam, alij iudicent, ipse certe mea nec magnificatio nec probio. Sed quid te Princeps humanissime oratione longa detineo: finem faciam si quædā de Themistio dixerō. Is Libani sophistæ et Iuliani Cæsaris temporibus floruit. A quibusdam abbreviator creditus Alexandri ex Aphrosia de est, sed falso. Nam et ab eo dissentit haud timide, quom collibuit, et ab ordine ac serie eius euariat. Præterea ipsemet se paraphrasten Aristotelis facit. Est autē paraphrasis exercitamenti apud rhetoras genus. Ea finitur a græcis hoc modo, ut sit quæ narrationi proportionē respondeat, aut sic in qua vertimus aliorum scripta. Non in alia quæ humiliora grandioraue sint, ut a metaphrasi differat, sed in paria sensu modo seruato, quod et Fabius duobus locis sic explicat. Tum mutatis verbis interpretari. Tum paraphrasi audacius vertere, qua et breuiare quædam et exornare saluo modo sensu dimittitur, quod opus consumatis professoribus difficile qui commode tractauerint cuiuscunque discendo sufficient. Alio item loco, Sed et ipsi inquit sententijs addicere licet oratorium robur: et omnia supplere: et effusa substringere. Neque ego paraphrasin esse interpretationē tantum volo: sed circa eisdem sensus certamen atque emulationem. Dictus est et a quibusdam ephraistes. Est autem ephraistes mera puraque enarratio. Quod ergo diximus inter initia doctissime Pontifex susceptum abs te patrocinium literarum ne desere, cum dico literas: philosophiam intelligo: quæ coniuncta cum eloquentia sit. In te eruditio summa: et summa fortuna. Facile super possumus temporibus tuis futurum, ut recta studia volente te (nam potes nec alius potest) ad dignitatem pristinam reuocentur. Vale. Venetys. M. CCCC. LXXX.